iudicium sibi generat quo minus libere exire possit
xv annorum tales Item probantur per nova iura scilicet
de regularibus et transeuntibus ad religionem c. i li. vi
et quia et idem extra c. vlt. eodem titulo ubi notatur Et

Nota (?)

etas discrecionis secundum glosam iohannis andree ibidem
in masculo est annorum xiiii in femina xii annorum Que
bene sunt notanda ne quis se ipsum seducat Si vero
habitus noviciorum et professorum patenter sunt distincti
sicut quatuorque tempore deferat habitum noviciorum sicut
in ordine carthusiensium Cisterciensium et sancti benedicti in
locis reformatis non censetur professus nisi expresse fe-
cerit professionem Decimo tollo (?) excusaciones

Solucio (?) palliacionum

quo se quidam proprietarii conantur excusare scilicet
de communi depositorio in quo pecunie singularum personarum
sunt reposite ad nutum cuiuslibet deponencium solvendum ex-
ponende etiam abbate concedente Ad hoc sic re-
spondetur ex quo abbas non potest concedere habere
proprium et deponens pecunias aut alias res ibidem
tamquam suas intendit defendere ut ipsum cum libet
eas vel expendendi secundum proprio arbitrio ipsis vult uti
nichil refert quantum ad vicium proprietatis si eas circa
circa se aut circa aliud habet repositas ad usum et
ista magis sunt in animo quam in rebus sicud est sala-
rios Non omnes res ipsorum comitantur se portare
et tamen reputent proprie ipsorum ubicumque fuerit Et
quod dicitur de pecuniis est de aptibus omnibus agel-
lensibus molendinis et ceteris intelligitur Preterea quod

Quartum (?)

si abbas vel alius prelatus concedit subdito usum
rei est limitatum a restrictum secundum ... non ex-
istente propter importunitatem petentis aut indiscre-